



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Decimusoctauus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

dulce, propterea qd' intelliges isto modo te conformari capiti tuo, eiq; pro suis immensis doloribus/ quos tua causa pertulit, quali gratiam referre.

¶ Canon Decimus octauus.

At hoc quidē remediū, quāq; vnū omnīū lōge praesentissimū est/ ijs qui mediocriter in via vitæ processerunt, tamen infir-
 mioribus nōnihil profuerint & illa, si sollicitante ad impietate affectu, statim ob oculos mentis reuocēt, q; foeda, q; execranda, q; exitialis res sit peccatum, contra quāta hominis dignitas. In
 futilibus etiam negotijs/ paulisper apud nos ipsos cōsultamus in hac re omnium maxima, priusq; nosmet assensu/ veluti cirographo/ diabolo astringimus/ nō nostro cum animo reputabimus a quāto opifice sumus conditi, in qua excellenti statu constituti, quā immenso praecio redempti, ad quantā foelicitatem vocati. Hominē generosum illud esse animal, cuius vni⁹ gratia mirabilem hanc mūdi machinā fabricatus est deus, con-
 diem angelorū, filium dei, heredem immortalitatis, membrū Christi, membrū ecclesiae, corpora nostra templa esse spiritus sancti, mentes simulachra simul & adyta diuinitatis. At e regione peccatū esse pestem teterrimā ac tabernum animi, tum corporis. Vtrūq; em̄ in natiuā speciem reflorescit innocentia, peccati ꝑ o cōtagio, marcescit vtrūq; etiam in hoc saeculo. Peccatū est lethale virus spurcissimi serpentis, authoramentū diaboli, ac seruitutis nō turpissimā modo, verū etiā miserrimā. Hæc atq; huiusmodi vbi tecum expenderis, etiam atq; etiam delibera, num satis cōsultum sit, ob fucata, momentaneā, venenatam peccati delectaciunculā, a tanta dignitate, in tantā excidere indignitatē, vnde te p teipm nō queas asserere.

¶ Canon vnde uigesimus.

Deinde duos illos authores inter se dissimilimos cōpara, deū ac diabolu, quorū alterū peccādo tibi facis inimicū, alterū cōstituis dñm. Per innocentia & gratiam ascisceris in numerū amicorū dei, adoptaris in ius & hereditatem filiorum. Per peccatū vero constitueris & seruus & filius diaboli. Alter est eter-
 n⁹, ille fons & Idæa summi pulchri, summæ voluptatis, summi

K iij

Tētatiōe immi-
 nēte qd cogitā-
 dum,

Nota.

Humanae natu-
 ræ dignitas

Peccati vilitas
 ac turpitude,

Boni & mali
 suos habēt do-
 minos sed inæ-
 quales.

1. co. 6.

Mat. 6.
 Ioan 15
 Gall. 4.
 2. Pe. 2.
 Act. 13.